ἐνίων δὲ μικρὸν ἢ μηδέν· δῆλον ὡς τοῦτ' αἴτιον A τοῦ γίγνεσθαι πόλεως εἴδη καὶ διαφορὰς, καὶ πολιτείας πλείους· ἄλλον γὰρ τρόπον καὶ δι' ἄλλων ἕκαστοι τοῦτο θηρεύοντες, τούς τε βίους ἑτέρους ποιοῦνται καὶ τὰς πολιτείας. ἐπισκεπτέον δὲ καὶ πόσα ταῦτ' ἐστὶν, ὧν ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη. καὶ γὰρ ἃ λέγομεν εἶναι μέρη πόλεως, ἐν τούτοις ἂν εἴη ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. ληπτέον τοίνυν τῶν ἔργων τὸν ἀριθμόν· ἐκ τού- B των γὰρ ἔσται δῆλον. πρῶτον μὲν οὖν ὑπάρχειν δεῖ τροφὴν, ἔπειτα τέχνας· πολλῶν γὰρ ὀργάνων δεῖται τὸ ζῆν. τρίτον δὲ, ὅπλα· τοὺς γὰρ κοινωνοῦντας ἀναγκαῖον καὶ ἐν αὐτοῖς ἔχειν ὅπλα· πρός τε τὴν ἀρχὴν, τῶν ἀπειθούντων χάριν, καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας. ἔτι χρημάτων τινὰ εὐπορίαν, ὅπως ἔχωσι· καὶ πρὸς τὰς καθ' αὑτοὺς C χρείας, καὶ πρὸς πολεμικάς. πέμπτον δὲ καὶ πρῶτον, τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν, ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν. ἕκτον δὲ τὸν ἀριθμὸν, καὶ πάντων ἀναγκαιότατον, κρίσιν περὶ τῶν συμφερόντων καὶ τῶν δικαίων, τῶν πρὸς ἀλλήλους. τὰ μὲν οὖν ἔργα ταῦτ' ἐστὶν, ὧν δεῖται πᾶσα πόλις, ὡς εἰπεῖν. ἡ γὰρ πόλις πλῆθός ἐστιν οὐ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ πρὸς ζωὴν αὔταρκες, ὡς φαμέν. ἐὰν δέ τι τυγχάνῃ τούτων ἐκλεῖ- D πον, ἀδύνατον ἁπλῶς αὐτάρκη τὴν κοινωνίαν εἶναι ταύτην. ἀνάγκη τοίνυν κατὰ τὰς ἐργασίας ταύτας συνεστάναι πόλιν. δεῖ ἄρα γεωργῶν τ' εἶναι πλῆθος, οἳ παρασκευάσουσι τὴν τροφὴν καὶ τεχνίτας, καὶ τὸ μάχιμον, καὶ τὸ εὔπορον, καὶ ἱερεῖς, καὶ κριτὰς τῶν ἀναγκαίων καὶ συμφερόντων.

Κεφάλαιον θ.

Διωρισμένων δὲ τούτων λοιπὸν σκέψασθαι, πότερον πᾶσι κοινωνητέον E πάντων τούτων· ἐνδέχεται γὰρ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντας εἶναι καὶ γεωργοὺς καὶ τεχνίτας, καὶ τοὺς βουλευομένους καὶ δικάζοντας· ἢ καθ' ἕκαστον ἔργον τῶν εἰρημένων ἄλλους ὑποθετέον· ἢ τὰ μὲν ἴδια, τὰ δὲ κοινὰ τούτων ἐξ ἀνάγκης ἐστίν. οὐκ ἐν πάσῃ δὲ, τοῦτο πολιτείᾳ. καθάπερ γὰρ εἴπομεν, ἐνδέχεται καὶ πάντας F κοινωνεῖν πάντων, καὶ μὴ πάντας πάντων, ἀλλά τινας τινῶν. ταῦτα γὰρ καὶ ποιεῖ τὰς πολιτείας ἑτέρας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς δημοκρατίαις, μετέχουσι πάντες πάντων· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, τοὐναντίον. ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν σκοποῦντες περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας·

alij parum aut nihil: manifeſtum eſt quòd hæc eſt cauſa, quare, ciuitatis ſpecies & differentiæ exiſtunt, pluréſque rerumpublicarum formę, per alium enim modum, & aliis viis ſinguli hoc appetentes, & alios viuendi modos fecerunt, & alias reipublicæ diſciplinas. Conſiderandum autem eſt, quot ſint illa, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. nã quas dicimus eſſe ciuitatis partes neceſſarium eſt in iſtis eſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus: ex his enim id apparebit. Primum igitur debent exiſtere alimenta. Deinde artes: multis enim inſtrumentis indiget vita. Tertium arma, nam qui ſimul in communione viuunt, neceſſarium eſt in ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere inobedientes compellantur, & quibus vis propulſetur externa. Præterea pecuniarum habendarum facultas quædam, quo illas habere poſſint & ad proprias indigentias, & ad bellum. Quintum ac primum, circa rem diuinam cultus, quod vocant ſacrificium. Sextum, quod eſt omnium ſummè neceſſarium, iudicium pro vtilitate & iuſtitia contrahentium. Hæc ſunt igitur opera, quibus indiget ciuitas omnis. eſt enim ciuitas multitudo non quæcunque, ſed illa quæ ad vitam per ſe ſufficiens ſit, vt diximus. Si verò aliquid horum deficiat, impoſſibile eſt ſimpliciter per ſe eſſe ſufficientem huiuſmodi ſocietatem. neceſſarium eſt ergo his operibus ciuitatem conſtare. Eſſe igitur oportet multitudinem agricolarum, qui victum conferant, & artifices, & pugnatores, & locupletes, & ſacerdotes & iudices neceſſariorum atque vtilium.

CAPVT IX.

His determinatis, reliquum eſt conſiderare, vtrum omnes communicare debent horum omnium (fieri enim poteſt, vt iidem ipſi ſint & agricolæ, & artifices, & conſultores, & iudicantes) vel in vnoquoque opere ſupra dictorum alios ponẽdum eſt, vel quædam eſſe propria, quædam verò communia neceſſarium eſt. Sed non in omni republica hoc, vt diximus, contingit, nam fieri poteſt, vt omnes participent omnium, & non omnes omnium, ſed quidam quorundam. hæc enim faciunt rerumpublicarum varietatem, nam in populari quidem participant omnes omnium: in paucorum autem potentia contrarium eſt. Cùm autem conſideratio noſtra ſit de optima republica,